Fr. Ant. de Monroy Sac. Theol. Professor Ordinis prædicatorum humilis magister generalis,
et servus. in Xto̅ filio sibi dilecto. A. R. P. Magistro fr. joanni del castillo provinciæ nostræ Bæticæ
priori provinciali. salutem.

Non obscure sichemitarum interitus imputatur sichemo filio hemor. gen. 34. v. 19. eo quod
non distulit adolescens, quin statim quod petebatur impleret. amor impatiens moræ principem
una cum suis concivibus adegit in exitium, quod forsan prudenti dilatione potuisset averti:
horribilium quæ aut salus reipublicæ, aut plurium incolumitas petat negocia præcipitari, sapiens
differt, et reservat prov. 29. v. 11. hunc porro salubriorem aphorismum nunc dicimus observandum
quoad indictionem proxime vestri capituli provincialis, cum enim (ut dolentes accepimus) regnum
andalusiæ non solum, his temporibus, dura prematur annonæ penuria, verum etiam subdiro
contagiosæ luis flagello ingemiscat, utiq. et prudentia suggerit, et manifesta cogit necessitas
differri tantisper ultra præstitutum a jure, usque terminum solemnia provinciæ
comitia, ne ad infaustum Sychimitarum exemplum periculosa festinatio PP. capitulares una
cum suo principe tam exitiali discrimine palam involvat, proinde harum serie nostrique autoritate officii
convocationem capituli provincialis (quod alias hoc anno celebrandum erat) pro nunc suspendimus,
atque suspensam declaramus, donec deo, ac viginti quatuor graviorum patrum vocalium respective ma-
gistrorum, priorum, et prædicatorum generalium, sapienti iudicio visum fuerit in cordubensi conven-
tum designato solemniter congregari.

Quamquam vero minime dubitemus tibi molestissimum fore, si postquam tuæ provinciæ laudabiliter terminum
explevisti, adhuc iubearis ulterius gravi eiusdem regiminis pondere usque ad legitimi successoris futuram
electionem succollare, nihilo minus orationes speciales nobis quæ bene velas omnino decere censemus non
ad servi, quam tibi prototo interstitio proxime vacaturi eiusdem provincialatus usque ad inchoationem
proxime capituli futuri provincialis exclusive commitere hujus provinciæ vicariam præfecturam; confidimus
enim, quod licet anhelum optatissimæ quietis desiderium iampridem accenderit prolixa quadriennis officii
sollicitudo, attamen sabini stabilis obedientiæ meritorio commeatu non detractabis evangelico parere
consilio, Math. 5. v. 41. quicumque te angariaverit mille passus vade cum illo, et alia duo.

Itaque tenore præsentium, nostrique muneris autoritate ex nunc pro intermedio tempore vacaturi tui
provincialatus; te A. R. P. Mag. fr. joannem del castillo instituimus, damus, præficimus, instituitum
declaramus nostræ provinciæ Bæticæ vicarium generalem cum omnimoda
facultate, ac iurisdictione super universos, et singulos dictæ provinciæ conventus, domos, ac utriusque sexus
religiosas personas, quo huius modi vicarii generales potiri solent, ac debent; præcipientes tibi in virtute spiri-
tus sancti, sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, quod statim a modo dicti officii tui expletione solemniter
suscipias eaque vigilantia, fide, ac integritate, qua pares, administres.

Denique sub eodem formali præcepto iniungimus, ac mandamus omnibus ad præfatam nostram provinci-
am quomodolibet spectantibus, quod ex tunc (ut præfertur) te tamquam a nobis rite institutum vicarium

generalem i cunctanter agnoscant, habeant, ac Venerentur, in nomine patris, ac filii, et spiritus

santi, Amen. quibuscunque in contrarium non obstantibus, et in fidem his officii nostri sigillum

propria manu subscripsimus. datum Romæ in conventu nostro santæ mariæ supra minervam, die

aprilis 1679. fr. antonius de monroi Mag. ordinis. ✠ loco sigilli. Regist. fol. 8. frater henricus de

magister prov. terræ santæ.

quibus inhærendo præcipimus omnibus pp. prioribus, et conventuum præsidentibus vicariis nostris pro

virtute spiritus santi, et sub sanctæ obedientiæ præcepto formali, ut, cum his præsentes litteras receperint, solum præ

præsentes literas vestris subditis, tam fratribus, quam sororibus notas faciatis, meque certiorem

autentico testimonio, de earum notificatione. nunc autem angustia temporis præsentis differo

vobis revelationem de cernendam a patribus accersitis, qui me commodiori tempore congregandis,

quo futurum Capitulum provinciale debeat celebrari. Valete in domino, et pro me et locis meis

in quorum fidem his sigillo parvo officii mei signatis manu propria subscripsimus. Dat. in Regio

Conventu hyspalensi santi pauli, Die 21. mensis martii, anni Domini 1679.